

EXEMPLAR V/VI

IDIBVS AVGVSTIS

MCMLXXVIII

LIBELLVS

MENSVALITER

EDITVS

CONTINET HISTORIAM IVRAE

RVMOR
VARIVS

RVMOR VARIVS

RVMOR VARIVS a magistris
et a studiosis AKADIS edi-
tur

RVMOR VARIVS duodecies in
singulos annos editur

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis:

In Helvetia Fr. 8.80

In Germania DM 14.50

In Austria 8S 90.--

In reliqua
Europa Fr. 15.--

In terris trans
maria sitis Fr. 8.80*

* et pretium
mittendi

Speciminis exempla gratis
mittuntur, ubi id rogatur

Auctor:
Ulricus Aeschlimannus

Impressum et acceptio re-
rum legentibus publicanda-
rum:
Franciscus Bachmannus

Typographum Copy Quick,
Turicum

Domus editoria:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich

Epistulae, mandata:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich

Institutum pecuniarium:
Societas Helvetica institu-
torum pecuniariorum SHIP
Conto:
RVMOR VARIVS 806.134. J1 A

RVMOR VARIVS wird von
Lehrern und Studierenden
der AKAD herausgegeben

RVMOR VARIVS erscheint
jährlich 12 Mal

Auflage: 330

Abonnementspreis:

Schweiz Fr. 8.80

Deutschland DM 14.50

Oesterreich 8S 90.--

Übriges
Europa Fr. 15.--

Uebersee Fr. 8.80*

* zuzüglich
Porto

Einzelne Probenummern kön-
nen gratis bezogen werden

Redaktion:
Ulrich Aeschlimann

Graphik und Layout:
Franz Bachmann

Druck: Copy Quick Zürich

Verlagsadresse:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich
Inseratenannahme,
Korrespondenz/Bestellungen:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH- 8050 Zürich


Bankverbindungen:
Schweizerische Bankgesell-
schaft SBG
Konto:
RVMOR VARIVS 806.134. J1 A

PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus omnibus legentibus s.d.p.
Puto vos iam vidisse hoc exemplar RVMORIS VARIII
nunc quidem multo ampliora forma editum esse
quam superius. Verisimile quoque nonnulli ve-
strum mense Iulio frustra RVMOREM VARIIVM expec-
taverunt. Qui profecto mense Iulio editus non
est, quod feriarum mensis erat. Sed ne ii, qui
XII exemplaria in unum annum subnotaverint, ira-
scantur, hoc exemplar amplissimum evenit. Maxime
numerosae sunt ratae partae e pennis RVMOREM VA-
RIVM amantium fluctae. Et quam dignae ad legen-
dum nobis! Ne hic libellus dissiliat verbis in-
clusis, verbum non amplius addam nisi hoc unum:
Post ferias negotia omnibus feliciter eveniant!

Valete.






DE PAGO, QVI IVRA APPELLATUR, HISTORIA

Usque ad annum MDCCIIIC regio Iurae, quae adhuc pars civitatis Bernensis est, regnum principalis episcopi Basiliensis erat. Incolae partis in meridiem spectantis huius regni iam saeculo quinto decimo cum civitate Bernensi societatem inierunt, postquam una cum Bernensibus civibus Carolum Temerarium principem ducatus Burgundionum proelio devicerunt. Qua re accidit, ut etiam anno MCDIC, bello Suebico, incolae Iurae cum civibus Bernensibus contra imperatorem Maximilianum pugnarent, cum is imperium suum super civitates Confoederationis Helveticae validius facere vellet. Quo in proelio primum fossa visa est in regno episcopi principalis Basiliensis: Pars eius ad septentriones versa episcopum principalem et socium eius imperatorem Maximilianum secuta est, altera autem pars ad meridiem versa cives Bernenses secuta est. Eadem fossa iterum visa est XVI saeculo, cum temporibus correctionis disciplinae Christianae incolae cum Bernensibus coniuncti novam fidem Bernensium evangelicam agnoscerent, dum vicini ad septentriones versi incolae in fide catholica remanerent. Eam fossam regionem Iurae in duas partes dividendam in verum limitem inter fines Confoederationis Helveticae et imperii Germanorum conversam esse iterum visum est saeculo XVII eo bello, quo triginta annos proeliatum est:

Episcopus principalis Basiliensis cum incolis regionis Iurae septentrionalis suam partem sequentibus imperatorem Germanorum defensorem rei catholicae iuvit, incolae regionis meridianae Iurae autem sicut cives Bernenses, socii sui, neutrius partis fuerunt. Ita fit, ut pars meridiana autem cum Confoederatione Helvetica foedere coniuncta belli non particeps diligens negotiis floreret. Temporibus XVIII saeculi, quod saeculum humanitatis appellatur, etiam in regno episcopi principalis Iurae seditiones incolarum contra episcopum ortae sunt. Hae autem cito ab episcopo principali superatae oppressaeque sunt. Itaque huius saevitiae memores subiecti occupationem regni a Napoleone Primo anno MDCCIIIC inceptam passi sunt. Partem meridionalem regni Napoleo autem primum non occupavit, quod sciebat incolas eius partis cum civibus Bernensibus, militibus fortibus, foedere coniunctos esse; deinde autem una cum civitate Bernensi occupare ausus est, cum intellexeret magnam pecuniam in aerario Bernensi inclusam itineri suo in fines Aegyptiorum usui esse. Cum anno MDCCCXV



Napoleone expulso ea regna, quae ante annum MDCCLXXXIX fuissent, restaurarentur, totum regnum episcopi principalis Iurae interiit. Et pars meridionalis eius et pars septentrionalis additae sunt cantoni Bernensi. Quo facto factae sunt fines cantonis Bernensis, quos hodie novimus. Dum saeculum undevicesimum manebat, hae duae civitates in unam civitatem fusae concordēs vivebant. Nostro saeculo tantum, anno MCMXLVII, cum concilium legationis Bernense unum civem Iurae modo Francorum linguae peritum in regimine Bernensi sedere noluisse, discordia orta est inter cives antiquae partis cantonis Bernensis et nonnullos cives novae partis, id est Iurae; imprimis ii 'Iurassii' (ita incolae regionis Iurae ab Helvetiis appellantur), quorum maiores fuerant subiecti episcopi principalis, meminerunt se temporibus praeteritis in civitate diversa ab illa Bernensium vixisse; quod se in suo iure a Bernensibus impediri sentiebant et adhuc sentiunt (in hoc libello ne diiudicemus, utrum iusta sit haec sententia necne), civitatem suam a Bernensibus liberam condere volunt. Populus Confoederationis Helveticae ante diem VIII Kalendas Octobres (24. September 1978) MCMLXXVIII plebiscito decernet, utrum civitatem novam 'Kanton Jura' appellatam Confoederationi Helveticae adiungere velit necne.

Ulricus Aeschlimannus

episcopus principalis Basiliensis/ Fürstbischof
 ducatus, m./ Herzogtum von Basel
 Suebi, -orum m./ die Schwaben
 Suebicum bellum/ der Schwabenkrieg
 correctio disciplinae Christianae/ Reformation
 humanitas/ die Aufklärung
 concilium legationis/ der gesetzgebende Rat
 (der Berner Grosse Rat)

Experimenta Glabri


philosophi eruditissimi



Marcel Zwingli

CICERO

A.d. CVI Arpini natus est. A.d. LXIV Catilina de-
nuo consulatum appetivit. Quamquam a Caesare et
Crasso iutus erat, electus non est: M.T. Cicero
successit. Non nobilis natus fuit, sed homo novus.



Photographia: Hanspeter Koller

Sua sponte,
labore duro,
studio con-
stanti laudem
consecutus est.
Causidicus il-
lustris, ora-
tor celebra-
rimus totae
urbis Romae,
scriptor ro-
bore maximo
animi fuit.

Impedivit
a.d. LXIII con-
iurationem Ca-
tilinae.

Caesare mor-
tuo praeses se-
natus fuit.
Proscriptus et
XLIII trucidatus est. Sua
opera, eatenus
nobis traditi
sunt, implent
XIV volumina
cum in toto
VII (7000) pa-

ginis. Nobis ad legendum utilia sunt:
De oratore, de finibus bonorum et malorum, de na-
tura deorum.

Heinz Hürzelerus



continuationes in libello sequente dabimus

PHILIPPICA VI.

ORATIO QUADRAGESIMA OCTAVA;

*KAL. Jan. quo die habita est super-
rior oratio, nihil senatus decrevit,
satis tamen ejus voluntas, de Anto-
nio hoste judicando, quod Cicero
censuerat, perspicua fuit. Postridie,
quum praeter paucos, omnes in ejus
sententiam ituri viderentur, ne dis-
cessio fieret, intercessit Salvius tribu-
nus plebis. De honoribus tamen
Caesaris, & simul de laude D. Bru-
to tribuenda, factum esse senatus-
consultum Appianus & Dio produ-
derunt. Idem confirmant decretos
esse ad Antonium legatos III. No-
nas Jan. quo die Cicero, productus
ab Apuleio tribuno plebis, in con-
cionem venit, & senatus voluntatem
de mittendis legatis exposuit:
de qua legatione quid ipse sentiat,
& quid augeretur, hac oratione
multis verbis ostendit. Clausula pos-
tremum videtur eam, quam solet, ut &
suum omne studium, consilium, la-
borem in tuenda republica pollicetur,
& populum Romanum ad ser-
vitutem repellendam, libertatemque
relinendam cohortetur. MANUTIUS.*

AUDITA vobis esse arbitror, Qui-
rites, quae sint acta in senatu, quae fuerit
cujusque sententia: res enim ex Kalend.
Jan. agitata, paulo ante confecta est; mi-
nus quidem illa severè, quam decuit, non
tamen omnino dissolutè: mora est allata
bello, non causa sublata. Quamobrem,
quod quaesivit a me P. Apuleius, homo
& multis officiis mihi, & summam familia-
ritate conjunctus, & vobis amicissimus,
ita respondebo, ut ea, quibus non inter-
fuistis, nosse possitis.

a. Causa fortissimis optimisque consuli-
bus, Kalendis Januariis de republica pri-
mum referendi fuit ex eo, quod XIII.
Kalend. Januar. senatus me auctore de-
crevit. Eo die primum, Quirites, funda-
menta iacta sunt reipublicae: fuit enim
longo intervallo ita liber senatus, ut vos
aliquando liberi essetis. Quo quidem tem-
pore, etiam si ille dies vitae finem mihi
allaturus esset, satis magnum ceperam fruc-
tum, quum vos universi una mente atque
voce iterum a me conservatam esse rem-
publicam conclamastis. Hoc vestro iudicio
tanto, tamque praclaro excitatus, ita Ka-
lendis Januariis veni in senatum, ut me-
minissem, quam personam impositam a
vobis sustinerem. Itaque bellum nefarium
illatum reipublicae quum viderem, nullam
moram interponendam insequendi M. An-
tonium putavi; hominemque audacissi-
mum, qui multis nefariis rebus ante com-
missis, hoc tempore imperatorem populi
Romani oppugnaret, coloniam vestram
fidissimam, fortissimamque obsideret, bello
censui persequendum: tumultum esse de-
cerni, iustitiam edici, faga sumi, dixi pla-
cere; quò omnes acrius, graviusque in-
cumberent ad ulciscendas reipublicae inju-
rias, si omnia gravissimi belli insignia sus-
cepta a senatu viderent. Itaque haec sen-
tentia, Quirites, sic per triduum valuit,
ut quamquam discussio facta non esset,
tamen, praeter paucos, omnes mihi assen-
suri viderentur. Hodierno autem die, ne-
scio quae eis objecta re, remissior senatus
fuit: nam plures eam sententiam fecerunt
sunt, ut, quantum senatus auctoritas, ves-
terque consensus apud Antonium valiturus
esset, per legatos experiremur.

II. Intellego, Quirites, a vobis haec
sententiam repudiari; neque injurià: ad
quem enim legatos? ad eumne, qui pec-
unià publicam dissipatam atque effusam, per
vim & contra auspicia impositis populo
Romano legibus, figuratam concione, obfesso
senatu, ad opprimendam rempublicam
Brundisio legiones arcesserit? ab his relic-
tus cum latronum manu in Galliam irru-
perit? Brutum oppugnet? Mutinam cir-
cumfedeat? Quae vobis potest cum hoc
gladiatore conditionis, aequitatis, legatio-
nis esse communitas?

ALACRIA

A: "Novisne ultimas vestes balnearias feminarum?" B: "Ignoro". A: "Nominatae sunt TRICINI". B: "Quid hoc sibi vult?" A: "Tibi explicabo paucis verbis: Tres partes sunt ita: pilleus ex culmis contextus, perspicillum et soleae!"

pilleus ex culmis contextus/ Strohhut
perspicillum/ Brille, Sonnenbrille
soleae/ Sandalen

SOLVTIONES

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus. Hic sunt, qui primum, secundum, tertium praemium accipient:

primum praemium: Fräulein Regula Küng
5200 Brugg

secundum raemium: Frau Annelies Baltzer
8008 Zürich

tertium praemium: Herr P. Joseph Kuster
6405 Immensee

Solutio aenigmatis et quadrati magici in libello superiori (libellus IV) propositi:

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
C	O	M	P	O	S	I	T	U	S
O	A	P	N	U	N	C			
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
L	L	E	T	S	I	I	M	P	
O	D	E	A	C	U				
22	23	24	25	26	27	28	29	30	31
Q	U	I	R	C	A	M	P	O	
U	C								
27	28	29	30	31	32	33	34	35	36
I	N	E	S	C	A	T	O	S	
U	N	O	B	N	U				
32	33	34	35	36	37	38	39	40	41
M	I	S	E	R	E	N	D	O	S

E	S	S	E
S	C	A	N
S	A	L	I
E	N	I	M

Aenigma

QVO PRAEMIVM ACCIPI POTEST!

QVODQVE AENIGMA RECTE SOLVTVM ET RVMORI VARIO MISSVM AD SORTEM REVOCABITVR!

DIES MITTENDI VLTIMA: 10. September 1978

Praemia sunt infra numerata:

primum praemium: LIBER
secundum praemium: LIBER
tertium usque ad
quintum praemium:
SINGVLVM PVGILLARIS
(je ein Schreibblock)

Ad perpendiculum:

1. Wurzeln (root pl.)
2. Wurfspiesse (darts)
3. die mit Geheul erfüllten (those filled with howling)
4. Livius gen.
5. Stadt in Unterägypten (town in lower Egypt)
6. halbfrei (half free)
11. "Et .. Brutus!" ("Et .. Brutus!")
13. sie seien (they may be)
15. die Fromme (a pious woman)
16. 7 (seven)

Ad libram:

1. zurückgestossen (repelled)
7. Eingeweide (intestines)
8. Ueberschwemmung (flooding, inundation)
9. ein anderer (another)
10. Klagelaut (wailing)
11. Titus Livius, Initialen (initials)
13. seiner (his)
14. Ich bin klug gewesen (I have been clever)
17. wenn (if)
18. in (in)
19. lieblich (lovely)

1		2	3	4	5		6
		7					
8							
		9					
			10			11	
		12			13		
14		15		16			
	17			18			
19							

EPISTVLÆ 'RVMORI VARIO' SCRIPTÆ

Ignoratis quanto me delectet interdum aliquid laetum lingua Latina scriptum legere nec semper de pontibus rescindendis, de itineribus prohibendis, de Caesare properante! RVMOR VARIVS me delectat. Opto, ut libello successus magnus contingat.

Margareta Elisabetha Wettstein

Ad consolationem redactoris quadratum magicum excogitavi. Ne iratus sit annotationum et lapsum meorum causa! Gratias ago de stimulo memoriam renovanti. Charta mihi placet cum mihi dolori sit titulos non litteris simplicibus antiqua forma scribi. Valete!

Annelies Baltzer, Turicum

Annelies Baltzer excogitavit hoc quadratum magicum:

solutio huius quadrati magici in libello VII vulgatur!

1. participium perfectum verbi ferre
2. contrarium corporis (genitivus sg)
3. timere, substantivum
4. natura aquae, dativus sg
5. cavum frumentarium, ablativus pl.

1	2	3	4	5
2				
3				
4				
5				

COMMENTARII MENSVALITER
EDITII RVMORIS VARIII GE-
NERE, QVI (IMPRIMIS A
SVBNOTANTIBVS) MENSVALI-
TER EXOPTANTVR, PRIMO
MENSE FERIARVM EDI SO-
LENT. NOS APVD OMNES LE-
GENTES EXCVSAMVS, QVOD
HOC EXEMPLAR DVPLEX NON
IAM MENSE IVLIO, SED
NVNC DEMVM MENSE AVGVSTO
EDITVM EST. FVTVRIS TEM-
PORIBVS OPERAM DABIMVS,
VT EXEMPLAR DVPLEX, QVOD
RATAS PARTES DVORVM MEN-
SIVM CONTINERE DEBEAT,
ESTATE IAM MENSE IVLIO
APPAREAT.

collegium redactorum
RVMORIS VARIII
vos salutat!

Questiones habesne eligendo studium tibi aptum? An vis discere nonnulla de munere tuo post maturitatem suscipiendo? Fortasse tr adiuvaré possim scriptis pro me collectis anno superiore. Quae nunc gratis tibi dare possum! Sunt:

Akademische Ausbildungsgänge Schweiz

- Philosophische Fakultät I, Uni ZH, Uebersichtsblatt
- Allgemeine Sprachwissenschaft, Uni ZH
- Evangelisch-reformierte Theologie, Uni ZH
- Klassische Philologie, UNI ZH
- Germanistik, Uni ZH
- Geschichte, Uni ZH
- Kunstgeschichte, Uni ZH
- Volkskunde, Uni ZH
- Ethnologie, Uni ZH
- Germanistik, Uni Bern
- Vergleichende Sprachwissenschaft und Indogermanistik, Uni Freiburg

Si alia scripta vis, te adiuvabit Akademische Berufsberatung quae ea tibi commodabit.

In schola (AKAD): Regula Kùng 6B

Vesperi: Tel. 056/ 411311



Aspectus partis clatrorum


Manibus ficti in aedibus Iosephi Bachmanni,
Klosterfeld 25 CH-5630 MVRI

Detail eines Gitters

Entwurf/Ausführung: Kunstschlosserei Bachmann
Klosterfeld 25 CH-5630 MVRI

Ich bestelle RVMOR VARIVS
für mich:

Ich bestelle RVMOR VARIVS
als Geschenk für jemand
andern:
(Mit Rechnung an obige Ad-
resse)





RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

HIC SOLVTIONEM INSCRIBE
ET CHARTAM MITTE!

DOMICILIVM MEVM:



RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich